

1733

A S C E T I C I.

1734

DCCXXIII.

R. 3290

Codex partim membraneus, partim chartaceus lat. Sec. XIV. Folior. 254. f. per duas columnas bene scriptus et rubricis distinctus praemisso Caputum et Rerum Elencho continet Opus de Officio Sacerdotis divisum in III. Libros, quorum I. agit de Fide, Caritate, Iustitia et Temperantia, II. de Vitiis contrariis praedictis virtutibus, III. de septem Sacramentis ecclesiasticis, ut ait in Prologo Autor ipse *F. Albertus de Brixia* O. P. ubi addit, se omnia compilasse ex libris et questionibus et tractatibus *F. Thomae de Aquino*. Libri porro in Tractatus, et hi abeunt in Capita. Compilationem hanc Asceticam typis nunquam vulgatam fuisse puto. Vixit Autor nomine gentili *Mandugasinus* initio Sec. XIV. aguntque de eo Ordinis Bibliothecarii T. I. p. 526. Prologus ejus infit: *Quoniam, ut ait Jeronimus sacerdotis officium est respondere de lege &c.* et infra: *In hoc autem libro, qui de officio sacerdotis appellatur &c.* Non igitur *Summam Casuum Conscientiae* dictum voluit Autor, qua adpellatione inducti quidam, ut e *Possevino Fabricius*, Opera duo ex uno commenti sunt. Ad calcem nos legimus: *Istud opusculum comparavit Fr. Johannes Trenbeckeb professus Monasterij in Mäunsee (Lunaelacensis) nec non Plebanus ibidem Domino Jacobo venerabili Abbate Mon. antedicti. Sub Anno Domini M^o. CCCC^{mo}. XI^{mo}. in Vigilia Sancte Brigide virginis. Hic*

Johannes a. 1416. successit Jacobo, ut habes in Chronico Lunaelac. p. 197.

Fol. 249. p. 2. Nota quod infrascripte sunt peregrinationes totius terre sancte que a modernis peregrinis pronunc visitantur. Videlicet a Japha usque Jerusalem. Ciuitatis sancte Jerusalem. Intra Ciuitatem extra templum. Vallis Josaphat. Montis Oliueti. Vallis Syloe. Montis Syon. Bethlehem. Bethanie. Fluminis Jordanis. Montana Judee. Vallis Judee. Nazareth. Urbium aliarum. Loca que communiter non visitantur. Montis Synay. Egipti. Ubique indicantur Memorabilia, et loca, quibus plena noxarum venia adfixa esset, cruce notantur.

Fol. ult. p. 2. adscripta est Bulla Leonis VIII. data Eremito B. V. M. in Helvetia, vulgo Einsiedel Ord. S. Bened. quae incipit: Convenit apostolico moderamini &c. et legitur in Cph. Hartmanni Annalib. Heremi Deiparae &c. Frib. Brig. 1612. p. 71. f Noli vero notis chronicis Codicis nostri fidere, cui Leo est Papa 36. pro 136. Bulla data est anno 469. pro 964. et sola Indictio 7. sincera.

DCCXXIV.

Codex chartaceus lat. germ. R. 2150 Sec. XV. et seqq. 4. Scripta varia temere compilata continet, quorum haec ratio: I. *Regula Sacerdotum*. Init: *Multi sunt sacerdotes religiosorum regulas deridentes nec se regulam habere putantes*

tes, cum tamen sacer Juris tractatus de vita et honestate clericorum nobis sacerdotibus strictissime imposita prock dolor non tenetur &c. Articulis XII. multa ad internum animi, externumque corporis cultum traduntur, quibus pauci hac aetate nostra teneri velent. Ubi de vestitu agitur, legas: *Studeat et quivis presbiter habere suum ornatum missalem id est ve-*

stem qua sacerdos in missis diuinis induitur, scilicet casulam, humerale, stolam, manipulum, albam, cingulum in suo cubiculo reclusum, ut eis, cum hora defunctionis advennerit, continuo defunctus induatur et exequijs peractis in eodem devote et honorifice sepeliatur. Mox palliorum mastrucas, id est, Fartum, vult agninas. Ad calcem:

Si reperis plura, predictis addere cura.

2) *Incipit Prologus Anselmi Archiepiscopi in libro qui Elucidarius vocatur. Jam saepius utroque Vol. relatus Dialogus Discipuli et Magistri perperam Anselmo tributus, atque hic non nisi Fragmentum, quod inchoat: Saepius rogatus a condiscipulis &c. et adhaeret in Adami lapsu.*

3) *Exemplum Executoriarum datarum a Dominico Ep. Brixienfi Pauli II. in Urbe Vicario 1469. ad duo Brevia ejusdem Pontificis anni 1465. quibus Sixto Scharffencker Scolari Dioec. Patav. Frederici Imp. dilecto habitas ad Beneficia ecclesiastica confertur. Directum est ad Episcopum et Capitulum Passav. et ad Abbatem et Conventum Monasterii Gottwicen. ordinis Cistercien. ut prave Librarius pro Benedicini.*

4) *Auree regule condendorum carminum sive ars poetica Horatij flacci. Cum Glossis et Notis hominis Germani; adponit enim ad male tornatos treen, ad merulis intentus Ampsel. Notae didacticae non carent iudicio; historicae*

vero saepe claudicant. Ita ad illud: *Aemilium circa ludum faberimus &c. legas: Emilium locus erat, in quo quidam emilius gladiator residebat qui uocabatur ymus &c. Adscriptae erant eadem ratione Persii Satyrae, sed jam a Sat. I. v. 99. avulsa.*

5) *Philologica quaedam, puta Francisci Philelphi Epistola ad Sphortiam secundum, In qua negat duas linguas apud romanos fuisse: uti leonardus affirmat. Est haec in Editis Libro IX. n. 6. Leonbardum Brunum Aretinum intellige. Dein Jacobi (Locher) Philomusi Vale Auditoribus suis dictum, Epistola item ad Job. Stamler Augustensem data ex Tubingen 6. Id. Septembr. cum infertis Versibus, quibus acriter perstringitur Job. Lufptich, qui, cum inepte vitioseque in publico auditorio Morgatium seu Morganaticum (Ictorum vocabulum a germ. Morgengabe, seu Dono, quod Maritus postridie nuptiarum Uxori fert) diceret, nitebatur contra doctissimorum Virorum testimonia id*

1737

A S C E T I C I.

1738

id attentius probare. Varia de *Lochero*, quem se illustraturum olim promiferat *Schelbornius*, quemque poeticae intemperiae nusquam facile consistere patiebantur, congesti cum in *Memorab. Bibl. Garell.* tum in *Hist. Typogr. Vien.* quae, si lubet, vide. Mox *Nicolai Burtii Parmens.* non spernenda ad *Bentivolos* et *Nic. Rangonem* Carmina, quae leguntur addita *Bononiae* ejus *Illustratae* editae ibid. 1494. 4. De Autore adi *Mazzucchellii Scritt. d'Ital. Vol.*

II. P. 4. p. 2449. Rursus: *Rugtheri* (Rutgeri, Rugeri de Venray Geldri) *Sycambri Carmen ad Arnoldum Bostium Carmelitam* &c. Sapphicum est prolixum in Ebrietatis vitium, quod non refert *Trithemius*, qui in *Catal. illustr. Vir. Germ. f. 66.* Scripta hujus Canonici reg. in Coenobio *Heynensi* non procul *Wormatia* professi et a. 1495. etiamdum superstitis enumerat. Demum: *Carmen Joh. Sculteti Prutheni in Archipotas quos Vulgus Brasser appellat.* Init:

*Si rubor ante fuit non festa luce madere,
Et decus errantes non bene ferre pedes &c.*

Non desunt nobis *Sculteti*, germ. *Schultes* seu *Schultbeifs*, literati, sed, qui *Johannis* nomen praeferrunt, nec *Prutheni*, nec Poetae sunt. Specimen ipsum haud infelix.

ris mysticis ornatum, qualibus Doctores obscuri sub Hominum, Animaliumque figuris *Processus* suos tradere solent. Init ab invocatione Dei, ut illi consuevere ad captandos imbecilles:

6) Opusculum *Alchimicum* germ. rhythmis conclusum et XV. Picu-

*Gott vatter der du in allem der anfang und das end bist,
Wir bitten dich durch vnseren Herrenn Jesum Christ &c.*

Coquenda ait esse Metallorum Semina per aliquot Hebdomadas; ita facile peragi totum Opus Phi-

losophiae. Commendat tamen secretum;

*Wann wirs offenbarttem vnd am tag theten bringen,
So wurden wir verspott vonn Man Weyben vnd Kinden.*

Et merito quidem. *Foll. 10. f.*

7) Fasciculus complexus Pastoris anonymi Lutherani postremam adlocutionem ad Coetum suum *Herrenalfensem* a *Ferdinando II. Imp.* interdictum; Evangelium

Matth. (Joh. c. 1.) detortum ad *Fridericum Palatinum* hoc initio: *In der Zeit sandten die Abtrinnigen von der Kayserl. May. zum Fritzen von Heidelberg vnd liesen ihn fragen, wer er wäre &c.* Cantile-

1739

C O D I C E S

1740

tilenam lugubrem Turturis, id est, Coetus *Herrenalsf.* interdicti; Canticum *Jesuitarum* in *Bobemiam* re-

Gott vndt dem edlen Heldt Ernst Grauen von Manssfeldt

Demum Cantilenam et Epigramma satyricum in *Matth. Comitem a Turri:*

Graff Turn ist für Wienn Statt zogen, Entzwischen das Böhmer Landt verlobren, Ist er nit ain Hundtsnafen. Fa laridum &c.

Omnia Germanica. *Foll. 13. 4.*

8) Recensio Copiarum a Protestantibus collectarum, five *Kurtzer Bericht der Euangelischen vnrten Kriegsbeer, auch wass in ainem jeden Fabnen für Symbola stehen.* Enumerantur *Anglia, Dania, Elector Brandeb. Hollandi, Bipontinus, Ansbacensis, Landgrav. Mauritius, Würtembergicus, Badensis, Civitates Hansea-*

9) Polemica quaedam, et primum *M. Lutheri Elogium, in quo Seculi sui Propheta ultimus, Auriga et currus Israel audit;* tum

NatVs es IsLebII DIVIne Propheta LVthere: ReLLIgo fVLget te DVCe, Papa IaCet.

Aliquot foliis post subplentur haec Chronosticha 6. aliis, ut sint universim 22. Sequuntur in Eundem *Theod. Bezae, Jo. Majoris, Jo. Lauterbachii, Ge. Fabricii, Hier. Treutleri, Joach. a Beustb, Nic. Reusneri Epigrammata, de Eo Leonb. Kettneri ex Hersbruck*

ductorum semilatinum. Inscriptio- nem Vexilli ablati Hostibus in *Augustinianorum Templo:*

Bleib ich gestendig vnd gethrew Wers andert maint desfs Teufels sey.

ticae, Urbes Imperii, et Helveti, conficiunturque Peditum 140600. Equitum vero 32200. Symbola vexillorum maximam partem conficta putem. Sit Specimen Helveticum: Schweitzer siehren weisse Fabnen, darinen ein Schweitzer in einem grienen Klaidt, vndt ein rotte kbuebe, der gibt er einen rockhen, mit der überschrift: Du muest Spinen lehrnen. Foll. 4. 4.

Eteosticha Joan. Stolsii in Eundem, quibus praecipua Ejus gesta per annos notantur. Ita Annus Nativitatis 1483.

Lessus funebris germ. Cantilena germ. in Cucullum monasticum, et alia in Clerum catholicum, Responsum germ. Lutheri ab Electore Joh. Friderico interrogati de cauffis calamitatum temporis: Die Gaisflichen haben kain Gesatz, die Fürsten kain Gerechtigkeit, die

1741

A S C E T I C I.

1742

die *Alten kein Rath* &c. sic per
27. *Hominum genera. Demum*
Dialogus rhythmicus inter Tex-

Ein Gspräch, das hie ein Weber gut
Mit einem Jesuwider thut.

Textor D. Mulleri seu Georg.
Mylii ἀπολογητικῆν agit ingeniosissi-
mus in compellendis Adversariis.
Ita invenias *Esauwitas, Erzsau-*
witas, Jebusitas, Ebrendiebitus,
Schelmitas &c.

10) *Der Protestierenden in*
Sachsen vnd Meichsen bedenken
übers Interim. 1548. Wittemberg.
Jam Vol. I. P. 2. col. 1852. in-

Beatus Vir qui non abiit in consilio impiorum.

Selig ist der man, der Gott vertrauen kan,

Vnd willigt nit ins Interim. Es steckt ein schalck binder Im.

Foll. 14. 4.

11) *Contenta in hoc opusculo.*
Axiomata Eras. Ro. pro causa
Martini Lutheri. Ad initia tur-
barum spectant, moderationem-
que suadent. Quid rebus magis
exulceratis fenferit Erasmus, to-
tidem Axiomatibus ex ejus Scri-
ptis doceri posset. Friderichi Du.
Sax. Elektoris datum responsum
legatis Pon. Ro. Nempe Marino
Caracteolo et Hier. Aleandro Do-
minica post festum OO. SS. sub
concione apud Minores Coloniae
Agripp. a. 1520. petentibus, ut
Scripta Lutheri aboleantur et ip-
se mandetur custodiae. Respondit
pro Friderico Episcopus Trident.
declinando petita et ulteriorem
rerum discussionem pollicendo. E-
jusdem Ducis littere missae Docto-
ri Petro (Burchardo) Reçtori
Denis Codd. Theol. V. II. P. II.

tozem Augustanum et Jesuitam
occasione Calendarii Gregoriani
1584.

dicavi Confilium istud contra fa-
mofam Formulam Carolinam, ubi
Wittebergensibus et Lipsiensibus
tribuitur. Hic praescribitur Phi-
lippus Melanthon, et ad calcem
Subscriberes defunt. Eorum loco
adtexitur notis musicis IV. Vocum
illigatus Psalmi I. Versus I. ita
corruptus:

Vuittenbergensi. Datae sunt tzu
Honberge yn befsen am achtze-
benden tag Nouembris An. domini
M. D. XX. Miserat Reçtor Du-
ci Literas ab Eckio acceptas, et
Dux illi Acta Coloniae supra ad-
ducta communicat. Per Henricum
priorem Gundensem quorundam su-
per Martino collata iudicia. Caro-
li V. Erasmi Rot. Comitis de
Nafsau, D. de Rauenstain, Mar-
garitae Gubernatricis Belg. sunt,
et Luthero quodammodo patro-
cinantur. Ita Imperator Oratori-
bis Papae mox ex tempore nullo
consulto dixisse refertur: Audia-
mus antebac hac in re patrem no-
strum Friderichum Ducem Saxo-
nię, deinceps Pontifici responde-
bimus. Oecolampadij iudicium. Cer-
te Luthero favens. Viginti nobi-

R r

lium

1743

CODICES A

1744

lium iuuenum *Emsero* indictum bellum. Calumniis plenum et atrox Scriptum Academicorum *Lipsiensium*, quo imputant Viro, ubique dictitari: *Sola lypfica Academia ceu Asylus quidam impostores omnes ac nebulones malignos fouet, qui veritati ac libertati renascenti vnice obstrepant*; et in eius vitam et famam conjurare se ajunt. Foll. 8. 4.

12) *Von gueten wercken Valentini Vgalini auszlegung*. Capitibus XIII. de bonis Operibus, Sacerdotio, Oblationibus et Decimis, Excommunicatione, Templis, Aris, Purgatorio, Suffragiis Defunctorum, Sepultura, et Cultu B. V. Mariae et SS. agit Autor mihi nunquam auditus, adprime catholicus, et in sacra pagina versatissimus. Initium C. I. *Anem yetlichen menschen verleicht dy natur begirde ime wol zue seynn* &c. Foll. 28. 4.

13. *Polycarpi Lyseri* Praefatio germ. ad *Eliae Hasenmülleri Historiam Jesuiticam* a se primum latine editam. dein traductam a *Melch. Leporino Brunsvici* ad D. *Martinum Pastore* data 1594. et una cum illa contumeliosa *Historia* typis edita 1596. De hac Controversia cognosces e pluribus *Jac. Gretseri* Scriptis, praecipue ex *Integra Refutatione Historiae Ord. Jesuitici*, *Ingolst.*

Gott hat den alten Lucifer
Vor Zeiten außs dem Himmel
ferr

1594. 4. Nobis hic adhaeret *Tetraftichon acrostichon* de B. *Martino Turon.* Epitaphium *P. Ignatii de Loyola* pariter tetraftichon, honorificum praemissa ejus chronologia, Relatio germ. de condita ab eo Societate, de cujus fide ex eo statues, quod adferit, post 30. ab ejus ortu annos jam Sociorum duodecies centena extitisse Millia, cum florentissimis ejus temporibus, atque adeo anno 1750. non nisi Millia censa fuerint 22. et 589. Demum Responsum, ut praefertur, Regis *Gallicae* Jesuitis reditum petentibus datum a. 1601. germanice. Exesse jussi erant edito Parlamenti 29. Dec. 1594. *Henrico IV.* paene invito, et licet illis hoc Responso fatis benevolo reditum non adnueret, ejus tamen cogitationem eodem anno 1601. jam suscepisse videtur; mox enim 20. Jan. 1602. de eorum receptione, immo fundando eis *Flexiae* Collegio, *comme les estimant plus propres et plus capables, que les autres, pour instruire la jeunesse*, ad Card. *Osatum Romam* scripsit. Editum tamen receptionis non nisi 2. Jan. 1604. in Parlamenti tabulas relatum est.

14) Poematia II. *Lutheranorum* Autorum satyrica in *Jesuitas*. Primum germanicum hoc initio:
*Verstossen in die Hell binab.
Nun hört, was sich begeben
bab. &c.*

Sub-

1745

A S C E T I C I.

1746

Subscriptus annus 1600. Alterum latinum, si phrasin et numeros spectes, non infelix, sed efferat

male dicendi rabie supra germanicum:

*Ex cane foeta parens effudit Scrophæ Suintas
Scrophæ gerens triplicem gemmis auroque coronam &c.*

Notatur in margine *Canisius*. Sub finem intorquetur flagellum *Poe-*

tae cuidam, qui a Schola *Witebergensi* defecerat,

*Qui Præceptorem insigni pietate Philippum
Defunctum, nil debentem mortalibus ullis,
Arte illa laceras, quam tradidit ante Magister,
Nec, qui vivit adhuc, vivatque, optamus, Eberus
Discipuli effugit morsus &c.*

Staphylum putassem, nisi hic quadriennio tantum *Melauchthoni* superfuisset.

emplaria istud præferunt; e confusione cum alio *Paschasio* autore *Librorum de S. Spiritu* a *Gregorio M. L. IV. Dial.* laudato profectum videtur. Aliam confusionem offert Codex noster; nam *Herib. Rosweydem* in edendis *Patrum Vitis* multis annis elaborantem nolim lapsus arguere. Adfixit ille *Paschasi* Praefationem *Libro* suo VII. Edit. *Antverp.* 1628. p. 664. At vero Liber, quem in Codice nostro præcedit, *Rosweydi* V. est, interprete *Pelagio*, dicto pariter, ut *Paschasius*, *S. Rom. Eccl. Diacono*, unde a *Librariis Paschasium* et *Pelagium* temere confusos putem. Interim *Sigebertus Gemblac.* versionem *Libri* V. diserte c. 115. *Pelagio* adsignat. Procedit hic Liber in Codice non plane eo *Exemplorum* ordine, quo apud *Rosweydem*, et desinit in *Vitam Thaisis, Euphrosynæ* et *Pelagiæ*, quæ habentur *Rosw. L. I.* demum in *Memorabile factum in britania anglorum*,

R. 2291

Codex chartaceus lat. Sec. XV. Folior. 264. f. max. per duas columnas luculente et bene scriptus, coloribus illustratus, et quondam *Monasterij Sancte Dorothee Virg. et Mart. Wienne Canonorum Regularium Ord. S. Augustini* sequentia complectitur: *Incipiunt adhortaciones sanctorum patrum ad profectum perfectionis vite religiosorum pertinentes.* Præit Prologus: *Domino venerabili patri martino presbitero et abbati paschasi. Vitas patrum grecorum ut cetera facundia studiose conscriptas &c.* *Martinus* hic *Pannonius* est ex *Abbate Dumienfi* in *Gallicia* Archiepiscopus *Braccarensis*, defunctus a. 580. *Paschasius* vero *Dumienfis* potius, quam *Rom. Ecclesiæ Diaconus*; quod enim aliqua Ex-

Rr 2

glorum,